

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Sermo de humana miseria

Pseudo-Bernardus

[Burgdorf], um 1475

Incipit sermo beati. Bernardi. De humana miseria

[urn:nbn:de:bsz:31-311621](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-311621)

¶ Incipit sermo beati. Bernhardi. de
humana miseria.

Homo qui anima rationabili et
humana carne subsistis. ad dictio-
nis miserie. repletus. multis miseris
Misere et miserabilis. Homo pauper.
tecus nudus. plurimis necessitatibus
subditus. ad cor tuum reuertere. quid
foris vagaris. **Q**uid in carnalibus stu-
des. **Q**uid in secularibus te implicas
Quid in vanitatibus te inuoluis. In
inferioribus delectaris. et ab omnibus
interioribus et superioribus elonga-
ris. per ea que foris sunt diffunderis
Quanto magis ad mundum accedis
tanto longius a deo recedis. **Q**uanto
magis foris es sapiens. tanto magis
intus stultus eris et efficeris. **Q**uan-
to magis extra luczaris. tanto magis
intus perdes. **Q**uanto magis in his
que foris sunt vagaris. tanto magis
intus euacuaris. **Q**uanto magis es in
temporalibus sollicitus. tanto magis

(4)

a

in spūalibus es mendic? **Q**uid es hō
qd omnia ordinas et teipsum non vis
ordinare. **Q**uid in omib? es prudens
circa temetipsum insipiens. **Q**uid est
qd omnia que foris sunt sollicitus es
bonafacere; et temetipsum sūms esse
malum et inutilem. **D**ormit in te spi-
ritus dei et vigilat in te spūs mundi
Vacat in te ratio et vigeat in te sensus
Extinguitur in te spūs dei dominat
in te amor mūdi. **F**eruet in corde tuo
amor terrenor et moritur in te amor
eternor bonor. **M**undum diligis et
deū dereliquis. **O**mmū recordaris et
temetipm obiuisceris. **Q**ue sup terrā
sunt delideras et diligis celestia vero
nō curas. **A**ppropinquas ad mteritū
longe sis a salute. **C**uras ad dyabolū
et prolongaris a deo. **R**edi redi pua-
ricator hō ad cor tuū quia loquitur
deus pacem eis qui auertūtur ad cor.
Omnia mundi huius tibi dedit deus
et tu propter omnia relinquis deum.

Omnia propter te fecit deus; et tu pro
omnia dimittis teipm. **P**ropt omnia
que occurrunt tibi dimittis deum et
idcirco omnia dimittent te. **P**ropter
creaturas relinquis creatore. et ideo
cont te insurgunt omnes creature. **Q**uia
offendendo creatore offendis omnem
creaturam. **E**t ideo creature que facte
sunt ad ministerium et utilitatem tuam
queruntur in vindictam et penam tuam
et ve tibi erit sine fine. quia noluisti
habere bonum sine fine. **R**ecognosce
itaque homo miser recognosce teipm
Recogita quod nichil fueris. **A**ttende
quod vilis es et malus. **C**onsidera quid
futurus es. **P**lange homo miser plange
incessabiliter peccata tua. **D**ele lacri
mis malicias et miserias tuas. quia vo
luntate propria peccasti. **D**ispliceat
tibi semper omnia displiceat tibi toto
corde; et continue displiceat tibi. quod
dominum immense maiestatis habentem
potestatem omnis carnis et mittere in

ne placere hōibz

Gehennā ignis animā et corpus ausus
fuisse offendere. amarestat tibi ama-
rissime cor tuum qđ deum summum
patrem incomprehensibilis bonitatis.
qui benignus et misericors est; super
ingratos et malos voluntarie liben-
ter et delectabiliter offendisti **T**ot2
displiceas tibi vt totus possis placere
sibi qui est summ2 et verus solus de2
Cui nemo ei displicet nisi qui sibi met
ip̄s placet. **D**issipat namq; deus ossa
eor2 qui hōib2 placet et quod altum
et pulcrū est apud homines ab homi-
nabile est apud deum. **M**irum est de
te hō miser ad mala quippe es totus
avidus totus prompt2 totus facilis
tot2 sapiens totus sollicit2 **N**ō bona
autē tot2 es durus totus piger tot2
tepidus totus stultus totus incredu-
lus totus rebellis. **U**nde tibi hec nisi
a carne quam diligis et sequeris quia
vero carnem diligis carnem sequeris
opera carnis facis et cum ea punieris

opera carnis tue fructus est. libido.
occupiscencia. inuidia. infirmitas. fra-
gilitas et dolor. vermis. putredo fe-
tens et fetidus fetor. **T**uiple es tene-
bris ignorancie sic erecat² vt nescias
quid sis non attendas quo vadis non
animaduertis factū tuū neq; insidias
inimici; et fraudulentas ei² tēptatōs
nō intelligis. **T**ot² negligens es neq;
cogitas quo tendere dēs. viam nescis
et non inquiris. **G**randis namq; tibi
restat via **S**ollicite queris tibi cibum
vestitū et requiem et om̄s carnis ne-
cessitates qñ indiges. **D**e vita et salu-
te anime tue semper tepens nō curas
licet semper indigeas plen² nequic̄ns
et malic̄ns **M**iser hō vt miserū corp²
pascas et vescias; et carnis voluptati-
bus que post paucos dies a vermib²
deuorabit satisfacias sollicitus labo-
ras. discurras vigilas; et sompnū nō
capis oculis vt repleas ventrē **E**t pro
amā tua que deo ē p̄sentanda in celis

cur non sollicitus fatigaris vt ipsam
pastas bonis opezib2 et induas virtu
tib2 ne appareat ofusio nuditatis ei2
Homo tristis queris semper implere
ventrem **C**ur non pascis animā esuri
entem **D**e vase stercoꝝ semper curas
De ymagine dei cur nō curas. **P**ascis
sterilem et que non parit/animā autē
esurientem non facias bonis. **V**e tibi
erit. quia anima tua propter famem
in te deficit **V**e tibi est et ve tibi erit
quia reddis que sunt cesaris cesari et
non reddis que sunt dei deo **E**t ideo
maledict2 es a deo et ofūderis ab eo
Vide miser hō quia totū est vanitas
tctū stulticia totū demēcia quicquid
cogitas quicquid facis in hoc mūdo
p̄ter id solum qđ in deū; et p̄ter deū
et in honore dei facis **Q**uicquid sine
deo facis totū est malicia et vanitas
quia nichil est bonum summo bono
Et magna miseria est hominis cū illō
non esse sine quo nō potest bene esse

Unde hō miser qui ad ymaginem et
similitudinē dei creatus es. Et prop-
ter nimiam caritatem domini nostri
iesu cristi a morte eterna ac turpissi-
ma redemptus ac liberatus es et ad
videndam claritatem summi dei sola
inestimabili miā sua vocata es cū plu-
rimis beneficijs ex quo esse cepisti ab
altissimo patre totius bonitatis ad
vitam eternam habendam per vnicū
filiū suū inuuitatus es miser homo
recognosce hunc honorē. Intellige
dignitatē tuam qđ a tanta maiestate
honoratus es. Eternus enim deus et
immensus creauit te. formauit te. re-
demit te. et immutauit te. **M**aximus
honor et amplius amor. **C**ognosce o
hō honorem tuum et curre gracias
agens ad inuitatorem tuū. **N**e forte
si ingratus ire volueris. aut villa. aut
boues aut vxor te impederint. irat²
dominus iubeat te succendi; **E**t tibi
hostium vite eterne imperpetuum

106
claudatur. **C**ognosce ergo o homo
honorē tuum et honora creatorem
tuū **S**ed heu recte potest dici hodie
de homine. **H**omo cū in honore esset
non intellexit. comparat² est iumen-
tis et similis factus est illis. **D**ignum
certe et iustum est vt qui noluit esse
socius angelorum fiat similis iumen-
tor². **E**t qui destruxit in se ymaginem
et similitudinem dei dignum est. vt
ymago et similitudo iumentorum ad-
hereat ei. **C**ognosce ergo te o miser
homo. **C**ognosce te meliorem auib²
meliorē cunctis animantib² **N**oli esse
similis iumentis et insipientibus qui
solum vitam presentem cogitant qui
tantum carnalia et temporalia dili-
gunt quia nec alia sciunt **H**omo non
subicias te carni. nō sis amator mūdi
Non te sustineas esse filium dyaboli
propter honorē potentissimi et sa-
pientissimi dei eterni propter ammi-
rabile nomen dei. **N**on te constituas

aduersariū et homicidam tui. **P**ropter
amorem benignissimum dei non
te facias inimicum omnipotentis dei
Propter vnguitū filium dei ihesum
christum. Non te facias socium demo-
niorum et combustionis ignis eterni
qui redemptus es precioso sanguine
agni immaculati. **N**oli tantum preci-
um vilipendere qđ pro te dei filius
dignatus est exsoluere ne sempiternis
inuoluaris incendiis. **T**unc enim pe-
nitenciam maximam habebis sine re-
medio. **T**unc dolorem mopinat ilem
pacieris sine fine et tormento plenus
eris. **N**umquam tamen alleuiaberis
Quia qui non fleuit quando tempus
flendi habuit eterno luctu lugebit et
sine fructu. **R**edi ergo ad te homo ad
spiritualia. **R**edi ad celestia et eterna
gaudia. **R**edi miser. redi ad illum ne
tardas conuerti qui te sua potestate
fecit. **E**t sapientia sua redemit. **S**ua
innumezabili bonitate ad se vocauit

et expectat cottidie adhuc vt te coro-
net. Quid queris extra illum. quid de-
sideras preter illum. quid tibi placet
sine illo. Ipse fecit oia. ipse h3 omnia
ipse est omnia. Quodcuq3 bonu cupis
quodcuq3 pulcru queris. quodcuq3 pul-
cru dulce et delectabile requiris totu
in ipso inuenies et in ipso perfrue-
ris. Si gaudere vis ipse est gaudiu. Si te
pugnare delectat ipse est palma. Si
coronari vis ipse e corona Si vincere
cupis ipse est victoria. Si potenciam
desideras ipse potencia est. Si forti-
tudinem queris ipse fortitudo est. Si
iusticiam vis habere ipse iusticia est. Si
amas sapienciam ipse est sapiencia. Si
caritate vis de2 caritas e Si diuicias
appetis ipse diues est Si pulcritudine
vis habere summa pulcritudo est. Si
plenitudinem queris omnis boni ple-
nitudo est. Si gloria et honore que-
ris vera gloria et summus honor ipse
est. Si pacem vis Pax eterna ipse est

Quicquid boni quæris summū bonū
et omne bonum ipse est. ymo semper
est totus desiderabilis. totus dulcis.
totus amabilis. totus suavis. totus
delectabilis. Ipse semper ubiq; est
totus ubicumq; fueris sine illo male
eris; et male tibi erit. Et ubiq; fue
ris cum ipso bene eris; et bñ tibi erit
Subice itaq; totum te ei qui te totū
fecit a quo omnia habes. cuius gracia
omni momento vteris **S**erui semper
ei qui non patitur omnia nocere tibi
que semper nocerent tibi libēter. siue
infirmities siue homines siue bestie
siue demones siue quecumq; alia **S**er
ui semper ei qui te non sinit cadere in
omnia peccata qui non permittit vt
inferas tibi oīa mala ac dampna que
libenter semper faceres **T**otū semper
ama patrem et filium et spiritū sanc
tum solum verum et summū bonum
qui semper solus vere et summe te di
ligit. Placeat igitur volūtas tua sibi

et voluntas eius semper placeat tibi
Semper concordat te cum eo. semper
sequere eius voluntatem in omnibus
semper qui bonū tuum vult qui aliud
non curat nisi salutem tuam. Cuius
voluntas ad miserandum tibi est be-
nivolenta et delectatur benefacere tibi
Nunquid putas teipm magnum ami-
cum tibi. Magis amicus est deus tibi
quā tuipse tibi. quoniam magis ipse
te diligit quā tu teipsum. Nunquid
credis alterius auxilium forcius. aut
alterius consiliū vtilius. erras plane
si id credis Stultissim2 et dementissi-
mus es. quia tua desideria vel aliorū
sequeris; et vtilius consilium dimittis.
qui semper est amicus dulcis sapiens
et pius consiliarius et saluator et sup
omnia adiutor fortis. potens Pater
futuri seculi et princeps pacis. Amen
Deo gratias.